Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



CXXXI

151

deus nisi unus. Nam et si sunt
qui dicantur siue in celo si
ue in terra Verumtamen sunt dij multi
et dominj multi. nobis tamen unus
deus pater. ex quo omnia et nos in
illo. Et unus dominus noster Sim.
Nullo te. Accedens matheus.
ad dominum quidam: ait illi Magister
bone: quid boni faciam ut
habeam uitam eternam? Qui
dixit ei. Quid me interrogas de
bono? Unus est bonus deus
Si autem uis ad uitam ingredi:
serua mandata Dicit ille.
Que? Jhesus autem dixit ei: Non
homicidium facies: non adulte
rabis. non furaberis. non fal
sum testimonium dicas. honora
patrem tuum et matrem. et diliges
proximum tuum sicut teipsum Dicit
illi adolescens Omia hec custo
diui Quid adhuc michi deest?
Ait illi ihesus Si uis perfectus esse
uade uende omia que habes et
da pauperibus: et habebis
thesaurum in celo Et ueni sequere
me Dominica xii. Introitus.
Inclina domine aurem tuam ad me
et exaudi me saluum fac ser
uum tuum deus meus sperantem in te
miserere mihi domine quoniam ad te clama
ui tota die ps Letifica animam ser
ui tui quoniam ad te domine animam meam
Gloria patri. Gloria Collecta
Ecclesiam tuam domine misse
ricordia continua mundet et mu
niat et quia sine te non potest salua
consistere tuo semper munere
gubernetur per Ad Galathas
Fres. Si uiuimus spiritu:
spiritu et ambulemus
Non efficiamur inanis gloriae
cupidi: inuicem prouocantes. in
uicem inuidentes fres: et si pre
occupatus fuerit homo in aliquo
delicto: uos qui spirituales estis
huiusmodi instruite in spiritu
lenitatis. considerans teipsum ne
et tu tempteris Alter alte
rius onera portate: et sic ad
impletis legem xpi Nam
si quis existimat se aliquid esse
cum nichil sit: ipse se seducit
Opus autem suum probet unus
quisque: et sic in semetipso tan
tum gloriam habebit et non in alte
ro Unusquisque enim onus su
um portabit Communicet
autem is qui catheziz̃atur ver
bo ei qui se catheziz̃at: in omni
bonis Nolite errare: deus
non irridetur Que enim seme
nauerit homo hec et metet quem
qui seminat in carne sua de car
ne et metet corruptionem Qui
autem in spiritu seminat: de spiritu
et metet et uitam eternam Bo
num autem facientes non deficiamus:
tempore enim suo metemus non de
ficientes Ergo dum tempus ha